# Æneid: Lines 1-11

Virgilus

September 24, 2007

ARMA VIRUMQUE CANO, Troiæ qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, Laviniaque venit
litora, multum ille et terris iactatus et alto
vi superum sævæ memorem Iunonis ob iram;
multa quoque et bello passus, dum conderet urbem,
inferretque deos Latio, genus unde Latinum,
Albanique patres, atque altæ moenia Romæ.

Musa, mihi causas memora, quo numine læso,
quidve dolens, regina deum tot volvere casus
insignem pietate virum, tot adire labores
impulerit. Tantæne animis cælestibus iræ?